Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pendet & pphe Congregatis autem pharyseis interrogauit
eos ihe dicens. Quid uobis uidetur de xpo. Cui filius est. Dicunt
ei David. Ait illis. Quomodo ergo dauid inspiritu uocat eum dnm
dicens dixit dnus dno meo sede a dextris meis donec po
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid uo
cat eum dnm. quomodo filius eius est. Et nemo poterat respon
dere ei uerbum. neque ausus fuit quisquam ex illa die eum
amplius interrogare. Lohis epi.

Pharysei audientes quod silentium imposuisset dnus sad
ducais. conuenerunt in unum. Matheum xviiii

Ascendens ihe in naiicula transfretauit & uenit
in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyti
cum iacentem in lecto. Et uidens ihe fidem illorum dixit
paralytico. Confide fili. remittuntur tibi peccata tua.
Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat.
Et cum uidisset ihe cogitationes eorum dixit. Vt quid cogita
tis malum in cordibus uestris. Quid est facilius dicere dimittuntur
tibi peccata. aut dicere surge & ambula. Ut sciatis autem
quia filius hominis habet potestatem in terra dimit
tendi peccata. tunc ait paralytico. surge tolle
lectum tuum & uade in domum tuam. Et surrexit & abiit